de oſtentazione un certo Memoriale preſentato alla Santità di N. Signore, dall' Agente del Re di Portogallo, ſul fine d' Agoſto 1709. contro al detto Decreto, affinchè non veniſſe in Roma confermato, ci è paruto bene di metter ſotto l' occhio del publico il Breve ſcritto da Sua Santità allo ſteſſo Re, li 2. Marzo dello ſteſſo anno, nel quale anticipatamente al ſopraccennato Memoriale, ſi conferma la deciſione di quell' Eminenza, come affatto coerente a quelle della Sede Appoſtolica, fatte li 20. Novembre 1704.

Queſto sì, che merita veramente l' attenzione di tutti gli Uomini ſavj, e prudenti, mentre è oracolo del ſupremo Giudice della controverſia, al quale ſi ſono appellati di quel Decreto, ſotto preteſto che non concordaſſe col Giudizio della S. Sede: e non già un ſemplice Memoriale d' un Uomo impegnato nella Difeſa d' una cauſa perduta, il quale altro non fa, che ritoccare gli ſteſſi motivi di politica e d' intereſſe accennati nelle *Dodici Rifleſſioni*, e rifiutati nella *Difeſa*.

Regis Luſitaniæ Ablegato Pontifici Summo menſe Auguſto deſinente anni 1709. oblatum, quo enixe flagitabatur, ne præfatum decretum in Urbe confirmaretur, e re viſum eſt ob omnium oculos ponere Pontificias litteras eidem Regi 2. Martii anni ejuſdem directas, queis, antequam prædictus libellus Pontifici oblatus eſſet, Tournonii decretum confirmatum fuit, tamquam omnino conſonum Judicio a Sede Apoſtolica 20. Novembris 1704. pronunciati.

Pontificiæ itaque hæ litteræ cujuſque cordati probique viri attentionem vindicare ſibi debent; oraculum ſunt enim ſupremi in hac controverſiæ Judicis, ad quem a memorato Decreto, tamquam diſſono ab Apoſtolicæ Sedis Judicio, appellarunt adverſarii: non ſimplex privati hominis libellus, qui cum deperditam jam, deploratamque cauſam propugnandam ſuſceperit, in eo totus eſt, ut eamdem canat cantilenam, quam in *duodecim Animadverſionibus* præcinuit, quæque in *Defenſione* exſibilata eſt.

CHA-

CHARISSIMO IN CHRISTO FILIO PORTUGALLIÆ ET ALGARBIORUM REGI.

Chariſſime Fili Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EX iis, quæ dilectus filius Andreas de Mello de Caſtro Majeſtatis Tuæ Ablegatus diſerte Nobis retulit, jam pridem Tibi innotuiſſe cognovimus graviſſimas moleſtias & ærumnas, quibus nunc Evangelici Operarii in Sinarum Imperio vexantur. Nec plane dubitamus, quin ex illorum calamitate eum hauſeris dolorem, quo affici par eſt piiſſimum Regem, qui a Clariſſimis Majoribus ſuis non tam ampliſſimæ, florentiſſimæque ditionis, quam eximii pro orthodoxa Religione zeli hæreditatem accepit. Porro ex eo, quo Majeſtas Tua premitur animi mærore, facile metiri ac deprehendere poterit noſtrum. Quandoquidem Paſtoralis muneris noſtri ratio a nobis exigit, ut ſicuti nedum iis, qui prope, ſed iis etiam, qui longe ſunt, debitores ſumus; ita ſane paſcendi, dirigendique Chriſtiani Gregis ad viam ſalutis æternæ, in remotioribus quoque terræ plagis ſollicitudinem quam maximam ſuſpiciamus. Animi autem noſtri ægritudinem, quamvis acerbiſſimam, illud aliqua ex parte lenivit, quod Sinicas perturbationes potiſſimum manaſſe percipimus ex mandato quodam, quod dilectus filius noſter Card. de Tournon Commiſſarius, & Viſitator a Nobis in illis Partibus ſpecialiter delegatus inibi promulgavit, quoad ritus quoſdam, & Cæremonias Sinenſes. Imperatori ſiquidem Sinarum ſuggeſtum fuiſſe audivimus, ipſum Cardinalem ſua ſponte, ac voluntate ad ejuſmodi mandati promulgationem deveniſſe. Confidimus autem omnino fore ut, poſtquam ipſi Imperatori innotuerit, CARDINALEM HAC IN RE ULTRO NIHIL EGISSE; QUIN IMO IN ILLIUS MANDATO CONTENTA, IIS QUÆ EADEM IN RE, PRÆVIO MATURO, AC DILIGENTISSIMO EXAMINE A NOBIS JAMDUDUM, NEMPE DIE 10. *NOVEMBRIS* 1704. *DECRETA FUERUNT, CONSONARE; idem Imperator, ea ipſa ſuadente æquitate, qua illum præditum eſſe intelleximus, facile deponat, abjiciatque ex animo, quam in prædictum Cardinalem ſuſcepit indignationem, & ſicuti benigne dudum indulſit, edixitque in ampliſſimo Imperio ſuo, ut quicumque vellent, libere amplecti ac profiteri poſſent Chriſtianam Religionem, ita eam profitentibus pari benignitate permittat, ut eos ſequantur mores, qui Chriſtianæ legi conſentanei ſunt, & ab iis contra abſtineant, qui ejuſdem Regis præſcripto repugnare noſcuntur. Hac ducti fiducia ad ipſum Imperatorem litteras dedimus, quarum exemplum Majeſtati Tuæ mittimus præſentibus annectendum: potiorem tamen ſpem noſtram in valido, benignoque Majeſtatis Tuæ patrocinio reponimus, & collocamus, eamque quanto maximo poſſumus, animi ſtudio rogamus, ut iis adhibitis mediis, quæ ad id magis opportuna, ac utilia fore judicaverit, felicem rei ſucceſſum, qui tum a majeſtate Tua, tum etiam a Nobis communibus votis expetitur, juvare, ac urgere vehementer velit, ſimulque ſtrenuam navet operam, ut ii ad quos pertinet, Apoſtolicæ Sedis reſponſis, ut par eſt morem gerant, & obſequantur: præſertim cum illos qui e Sinarum Imperio Romam noviſſime advenerunt, benigne audire, ac nova, quæ ipſi quoad controverſias Sinicas inde attulerunt, documenta mature, ac diligenter perpendere parati ſimus. Cæterum quod ex eodem Majeſtatis Tuæ Ablegato percepimus, memoratum ſcilicet Cardinalem de Tournon aliqua in re apud Majeſtatem Tuam offendiſſe, id certe nobis perinde moleſtum accidit, ac inopinatum. Cum vero conjicere nequeamus cauſas, ob quas id devenerit, de tota re diligenter edocti curabimus, ut quod uſqueque æquum fuerit decernere valeamus. Interea pro explorato habemus, id minime impedimento futurum, quominus Majeſtas Tua inſitum ſibi eximium, avitumque Divini honoris, & orthodoxæ Religionis zelum hac etiam occaſione luculenter explicet, teſtatumque omnibus palam faciat fidei cauſam reliquis humanis rationibus*

 quibus-

quibuſcumque ſibi longe potiorem eſſe, & antiquiorem. Quod ſi feceris, quemadmodum egregie Te facturum eſſe non ambigimus, glorioſum tuum nomen glorioſius profecto reddes. Tibique, ac Regiæ Domui Tuæ cæleſtium benedictionum copiam uberrimam conciliabis. Pluribus tecum ſuper his aget dilectus filius noſter Card. de Comitibus noſter, & hujus S. Sedis apud Majeſtatem Tuam Nuncius, quem ut libenter audire velis magnopere a Te petimus; dum Nos, chariſſime fili Noſter, præcipuæ, qua Te in Domino amplectimur, charitatis indicem, Apoſtolicam benedictionem Majeſtoti Tuæ amantiſſime impertimur.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annuio Piſcatoris die 2. Martii 1709. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

D I-

DIFESA DEL GIUDIZIO

FORMATO DALLA S. SEDE APOSTOLICA nel dì 20. Novembre 1704.

E pubblicato in Nankino dal Card. di TOURNON, alli 7. Febbrajo 1707.

INTORNO A' RITI, E CERIMONIE CINESI.

Contro un Libello ſedizioſo intitolato

Alcune Rifleſſioni intorno alle coſe preſenti della Cina.

DEFENSIO JUDICII

A S. SEDE APOSTOLICA PRONUNTIATI die 20. Novembris 1704.

Et die 7. Februarii 1707. Nankini a Cardinali Tournonio promulgati.

CIRCA RITUS, ET CÆREMONIAS SINENSES.

Contra Libellum ſeditioſum, cui titulus

Animadverſiones circa præſentes Controverſias Sinenſes.

TUtto il Mondo è già baſtevolmente informato del Venerabile Decreto uſcito dalla Santa Sede Apoſtolica ſopra la famoſa Controverſia intorno a' Riti e Cerimonie Cineſi. Gli atti della condanna ſono ſtati pubblicati per tutta l' Europa, ſiccome la intimazione già fatta alli Veſcovi, e Miſſionarj della Cina dal Cardinal di Tournon Legato della Santa Sede, e Viſitatore Generale delle Miſſioni di quell' Impero, e delle Indie Orientali. Tutti gli Uomini dabbene hanno goduto un ſommo piacere in vedendo la Idolatria condannata, la ſuperſtizione convinta, e riſtabilita la purità del vero culto di Dio, in quei Paeſi lontani; e quel che ci tocca più da vicino, gli Eretici dell' Europa confuſi, i quali sfacciatamente rimproveravano alla Chieſa Romana la tolleranza nell' approvare quel *miſto moſtruoſo di Criſtianeſimo, e di Gentilità,* (a) e pretendevano ancora ſotto quel falſo preteſto di giuſtificare la loro Apoſtaſia dalla Cattolica Fede, co'l vivere in sì ſacrilega ſeparazione.

Altro non ſi deſiderava per l' adempimento di queſta grand' Opera, ſe non che quelli, che ſin ad ora aveano ſtimato poter tollerare ne' loro Neofiti tutte quelle ſacrileghe ſuperſtizioni, piegaſſero una volta il capo ſuperbo al giudizio di Santa Chieſa, e mutaſſero finalmente diſegno: e tanto maggiormente ciò poteaſi ſperare ſenza reſiſtenza, quantoche ad ogn' uno è paleſe, ch' eſſi loro vantano la gloria di difendere la infallibilità de' Giudizj della Sede Apoſtolica, e fanno un quarto Voto d' una più ſtretta ubbidienza al Sommo Pontefice, per quello, che appartiene alle ſacre Miſſioni.

Contuttociò, oltre le Perſecuzioni ſuſcitate nella Cina contro il Legato di ſua Santità, delle quali è già Roma con ſicurezza, e diſtinzione informata; il Libello di nuovo ſparſo per tutta l' Italia co'l Titolo di *Rifleſſioni intorno alle coſe preſenti della Cina,* in cui ſi ribellano apertamente contro il ſacro Decreto, dà molto di che ſoſpettare; e può far credere, che il Papa in loro ſentenza diventi fallibile, quando pronuncia contro i loro ſentimenti; e che più non millantino il Voto diſtinto d' una eſatta raſſegnatezza, quando non vada a ſeconda del loro genio il comando di ſua Santità.

Vero è, che per cuoprire con qualche manto una diſubbidienza così sfacciata, proteſtano di non ſollevarſi contro il Pontefice, ma ſolamente ſi oppongono al giudizio del ſuo Legato; (b) non parlano con iſchiettezza contro quello della Santa

(a) *M. Jurieu.* (b) *Riſl.* 4.

TOti jam terrarum Orbi ſatiſſuperque innotuit Venerabile Sedis Apoſtolicæ Decretum de celebri quoad Ritus, Cæremoniaſque Sinenſes controverſia. In tota jam Europa divulgata ſunt, & condemnationis acta, & mandatum, quod Epiſcopis, Miſſionariſque Sinenſibus, annunciavit Cardinalis Tournonius Apoſtolicæ Sedis Legatus, & Generalis in illo Imperio, Indyſque Orientalibus Miſſionum Viſitator. Quapropter viri omnes probi, & pii gaviſi ſunt gaudio magno, damnatam cernentes Idololatriam, confutatam ſuperſtionem, reſtitutum purum, verumque in remotiſſimis illis regionibus Dei cultum, & convictos, confuſoſque in Europa Hæreticos, qui Romanam Eccleſiam impudentiſſime criminabantur, quod toleraret, probaretque *monſtrum* illud *ex Chriſtianiſmo, & Ethnicismo compactum;* hacque de cauſa ſuam a Catholica Fide defectionem, ut juſtam, neceſſariamque jactabant.

Ad perfectum, conſummatumque magni hujuſce negotii complementum nil aliud deerat, niſi ut ii, quibus antea perſuaſum fuerat, ſacrilegas ſuis in Neophytis ſuperſtitiones poſſe tolerari, a ſua ſententia tandem aliquando diſcederent, humiliterque Eccleſiæ Judicio acquieſcerent: idque eo magis indubitanter ſperandum erat, quod, prout norunt omnes, viri illi gloriæ ſibi vertunt, Sedis Apoſtolicæ in ferendis judiciis infallibilitatem defendere, ſeque quarto voto obſtringunt ſtrictiſſimæ Romano Pontifici obædientiæ in Sacris Miſſionibus obeundis.

Nihilotamen minus, præter Sinenſes perſecutiones contra Summi Pontificis Legatum ſuſcitatas, Libellus *Duodecim Animadverſionum ec.* recens per totam Italiam diſſeminatus, non ſine evidenti contra Venerabile illud Decretum rebellione multam de eis ſuſpicionem injicit, credendique occaſionem, Pontificem, quando contra eorum mentem pronunciat, falli poſſe; & apud illos ceſſaſſe decantatum illud diſtinctæ obedientiæ votum, quoties Romani Pontificis præcepta cum eorum voluntate non conſentiunt.

Verum quidem eſt, eos, ut tam impudentem inobedientiam colorato aliquo titulo cohoneſtent, palam profiteri, ſe non contra Pontificem, ſed contra Pontificii Legati Judicium inſurgere; ideoque de Apoſtolicæ Sedis Judicio nedum non

oblo-